

IACOBVS STREYT IVRECONSVLTVS FRIBVRGENSIS.



Iacobus Villingæ in Sueuia natus est, anno cir-
citer 1525. Is cum prima literarum fundamenta in
patria feliciter iecisset, postea ad uarias academias
se contulit, & artibus & legibus diligentem operā
nauauit. In ijs quoq; adeò profecit, ut omniū con-
sensu Iuris Doctor crearetur. Erat is quoq; acutus
iudicij & singularis facundiæ homo. Itaq; Fribur-
gensis Academiæ proceres eum inter Professores
recepérunt, & Ius ciuile exponere iusserunt. id quod
Iacobus magna laude præstítit. Cum hoc modo e-
ius industria ubiq; innotesceret, etiā in Ensisheim,
ubi Austriæ superioris regimen existit, consiliarius
constituitur. Vnde Iacobus profitendo & consu-
lendo se exerceps, magnam sibi autoritatem comparauit, atq; etiamnum
pergens, cunctis gratissimus existit. Anon,